



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. XXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

ciue officium adhibuerint, adhibuerint aut adfisci permiserint, qui que contra item cantoris officium susceperint obierint ve, penam subeant nostro arbitrio irrogandam.

Nec verò Regularis extra suam ecclesiam ad cantoris officium adhibeatur, nisi de superioris sui concessu, & facultate à nobis scripto impetrata: & superpelliceo indutus id manus præstet.

Decretum. XXX.

De missarum celebratione.

QVÆCUNQVE facultas Missæ sacram faciendi deinceps per nos concedatur, nullius momenti sit, atque omnino rescissa; si qui impetravit, non exposuerit, quo alio præterea munere ipse adstrictus sit, in sua aut aliena ecclesia Missam celebrandi, quous vel parochialis ecclesiæ, vel cappellæ, vel legatij, aliove nomine; & quantum item elemosinæ inde quous nomine capiat: idque omne nominatim ac sigillatim facultatis literis expressum sit.

Diçc. 2. dec. 7. p. 337 & diçc. 3. decr. 26. p. 351.

De elemosinis verò Missarum celebrationi oblati in capsula deponendis, pro rationeque distribuendis, in alia Synodo diocesana sancitam est. Sed quoniam sæpe fit, vt elemosinæ oblate, quas pro rata proque præscripta ratione distribui oportet, summa longè maior sit, quàm Sacerdotum numerus, qui ex pia offerentium voluntate Missæ sacram facere possunt; hoc decreto mandamus, si quo die vel præ paucitate Sacerdotum, vel præ angustia temporis, non potuerint pro voluntate & pietate eorum qui obtulerint, proque suscepto onere Missæ celebrari, id alijs diebus omnino ita præstari, vt elemosina pro rata ad præscriptum Sacerdotibus distributa, qui eo die Missæ sacram ibi fecerint; reliqua conferuata in eos Sacerdotes ex constituta ratione conferatur, qui alio tempore in eandem ecclesiam euocati Missas celebrarint, ad explendâ atque exequendam eorum qui elemosinas dederint, piam voluntatem.

Decretum. XXXI.

De supplicationibus.

VBI ad aliquam ecclesiam publice supplicandi causa proceditur, ibiq; supplicatione absoluta processio dimitti-

tur; nec clericus tum à stata eâ ecclesia discedat, nisi præactis à clero Metropolitanæ ecclesiæ de more sacrarum precû officijs atque orationibus.

Decretum. XXXII.

QVÆ Synodo altera diocesana de oblationibus, quæ Metropolitanæ nostræ ecclesiæ fiunt, per nos præscripta sancitave sunt; eadem in omni nostra diocesi præstari planeque seruari iubemus, vbicunque oblationes cuiusuis generis ecclesijs fiunt.

De oblationibus diçc. 2. decr. 21. p. 340.

Vicarij autem foranei, Rectorisque ecclesiæ cui offertur, cura sit, videre ne contra fiat, quâ in ea Synodo iustum est.

Decretum. XXXIII.

AD funerale officium, cui Regularis, pro curæ quam gerit munere, aut alia quouis ratione interesse non debet, si clerici fuerint seculares, qui satis sint, ne Regularis aliquis nisi collegiatim vocetur; cum præsertim eiusmodi officium quod ritu Ambrosiano fit, aliquando adhibito diuersi ritus sacer dote perturbetur.

Regulares quomodo ad funera euocandi.

Si verò Regularis pro curæ parochialis alteriusve eiusmodi rei ratione interdum non collegiatim sumus obibit; in eo vt reliquis clericis decenti superpelliceo indutus sit. Idem in processionibus, synodis, alijsq; publicis ecclesiasticis functionibus actionibusve præstet, quas obire debeat.

Decretum. XXXIII.

ANNIVERSARIÆ statæ exequiæ certis constitutis diebus agantur. Si quibus verò diebus agi debent, per sancti alicuius celebritatem, officijve rationem, aut per funerale hominis proximè defuncti officium agi non possunt, die proximo præcedenti quo possunt, agantur fiantve. Certus præterea liber conficiatur, quo anniversariæ exequiæ illæ notentur, quo die in singulos annos, & quibus, quotve sacerdotibus adhibitis celebratæ sint.

Anniuersaria certis diebus peragantur.

Quibus pallijs altaria ornantur, ne ad tumulos, quas tumbas vocant, in officijs funeralibus villo modo illa adhibeantur.

Pallia altarium ad tumbas ne adhibeantur.

De-